Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Seite 189

Quelle:
Copyright:



sibi proponunt". Brevi post dicit author: "Ut quorumdam pigricia, qui se in Studiis occupare nolunt, relaxetur, brevissime aliqua de septem Sacramentis ecclesie dicturus proposui". In fine additur: "Tractatus de Sacramentis collectus per venerabilem virum magistrum nicolaum de polonia doctorem decretorum Studij Gracoviensis ad peticionem cujusdam episcopi pro simplicium Sacerdotum Informacione editus feliciter explicit". Ejusdem Nicolai tractatus de Sacramentis extat in Tract: Tract: T. XIV. p: 77. sed a nostro diversus et multo prolixior. Unde suspicor nostrum illius esse compendium, in gratiam rudiorum Sacerdotum congestum.

Nicolaus de Polonia, qui rei litterariae Scriptoribus etiam audit de Plove, Plovius, Plonius, decretorum Doctor, et Episcopus Posnaniensis floruit circa annum 1434. Vide App: ad Caveum p: 91. et Fabric: Bibl: med: & inf: lat: T. V. p. 124.

9

Hymni ecclesiastici cum perpetuo Commentario. 263a – 302b

Hymni ecclesiastici cum perpetuo Comentario. Primus est: "Conditor alme Syderum". Comentarii initium est: "Canticorum divine laudis.

10.

Andreae Hispani lumen confessorum. 307a – 326b

Andreae Hispani lumen confessorum. Praefatio incipit: "Omnibus confitentibus ad salutem necessaria per me pauperem episcopum Andream hyspanum minorem penitenciarium et Magarensem episcopum ex multis dictis magistrorum theologie et decretalium ac